cohibet et impedit p̄ceptum. menstrua p̄strin
git et emoroides si pulueriserat dat cū lacte ul
cera inueterata sanat. sordes oculorum purgat. et
visum acuit et confortat. maleficijs et incantatō
nibꝫ resistit. efficacior est i argēto q̄d ī auro. In
capite aspidis inuenit lapillus iaspidi simil q̄
mire creditur esse efficacie et virtutis. et ideo q̄
dam iaspidem quasi aspidez dictū esse credunt
tot aut̄ credit habere virtutes quot habet di
versas venulas et colores vt di. Dyasc. In mō
tibꝫ scithie inuenit optimus et a grifonibꝫ cu
stoditur quēadmodū smaragdus vt di. Isido.

De iacinto.

Ca.liij.

Iacint⁹ lapis est
ceruleus et saphirei coloris aliquā
tulum et p̄pinquus. ex colore suo no
men habens vt dicit Isido. Lapis iacint⁹ qui
dam in ethiopia est inuentus. Optim⁹ est qui
nec nimis clarus nec etiā nūniūz est obscurus
vel obtusus. sed ex vtriusq; p̄pamento medio
criter est refulgens Isido. Hic nō rutilat equa
liter. In aere sereno em̄ gratus et etiā p̄spicuus
in nubilo corā oculis est marcidus et obtusus.
Isido. In os missus sentitur frigidus. ad scul
pendum est durissimus. non tamen est inuict⁹.
quia ab adamante scribitur et signatur vt dicit
Isido. Sedm Dyasc. iacinctus lapis est nunc
colore ceruleus. nunc subrufus nunc purpure⁹
sive venetus. Et sunt tres species. nāz sūt gna
ti citrini et veneti. sed inf istos granati id ē bla
uij sunt meliores. iste lapis mirabilis ē qui acri
maxime se conformat. vt in nubilo sit nubilus.
et in sereno sit serenus. Istius lapidis est þtus
singularis sīm̄ autores q̄ pfert leticiā et p̄traria
tur melancolice qualitati. Confortatine ē vir
tutis sicut de eius speciebus dicitur. Conforta
tione cuncti virtutes habentur. Tisticiamq; fu
gant et vanas suspicione. Resistit etiam diu
nis pestilentis que solent in aere sepius genera
ti vigorem etiam dat mēbris. et vegetat neruos

et dulcem ac salutiferum dat saporem. ut dicit Dyas. maxime si similis est saphiro qd sum omnes qd gemmis tractant tanto in suis effectibus est efficacior quanto plus in colore et substantia saphiro appropinquat. et talis iunctus veneno obuiat et torico contrariatur. Dyasc. Etiam quedam assimilatur herba eiusdem nominis in colore. et in multis est ei par quis non per omnia in valore sicut dicit Isido.

De iride.

Iris est lapis ex a-
gonus id est sexangulus. ut dicit Isi.
qui primo in arabia iuxta mare rubrum est inuentus. nunc autem in plurimo locis inuenitur scz in germania et in hybernia et in multis regionibus aquilonis. Est autem color per-
spicuus cristallo similis. ut dicit Isid. et dicitur
iris p similitudinem arcus celestis qui percus-
sus sole sub tecto species et colores arcus cele-
stis in proximos parietes oppositos representat.
ut dicit Isi. easdem creditur habere virtutes
quas et berillus nisi quia tante non inuenit quantitatis. ut dicit Dyasc. Insup hic lapis ut fer-
tur cooperatur parturienti vel ut citius pariat
vel saltem ut dolorem partus faciliter sustineat
et non tantum de periculo pertimescat.

De ienia.

Enia est gema
que in oculis biene bestie inuenitur
que si sub lingua hois subdita fue-
rit ipsum dicunt predicere plurima iam futura
ut dicit Isi. et lapida.

De kame.

Ramau lapis est i-
colore nunc albus. nunc subniger.
nunc subrubicundus. nunc varius co-
loribus distinctus. est autem sic dictus a can-
matis. quod est idem quod incendium. nam in
locis sulphureis et calidis inuenitur. cuius virtus
sum Dyasc. est curare ydropisum. diversis ima-
ginibus et figuris sculptur et politur.

De kalbrate.

Ralbrates est la-
pis translucidus cristallo similis qui
reditur dare eloquentiam bonorum

et gratiam et defendit a noxiis et venenosis et ca-
rat tumorem epatis et splenis ut dicit Dyasc.

De kalcophano.

Ralcopbanus est ni-
ger lapillus colore depictus. qui ge-
status in ore dicitur clarificare vo-
cem et defendere a raucedine fances ut dicitur
in lapidario.

De ligorio.

Ligurius lapis est
in colore electro similis dictus ut di-
cit Isidorus a lince bestia. ex cuius
vrina inter barenulas generatur. virtus eius est
paleas attrahere. valet contra dolorem stoma-
chi. et stringit fluxum ventris. valet ictericis et
discoloratis. quia perditum colorum restituit.
ut dicit Dyasc.

De lipparea.

Lipparea est gemma
de sirticis partibus veniens. cuius
proprietas est qd omne genfe-
rarum ad ipsius presentiam properat et ipsum
intuetur. unde venatores feras quas canum cur-
su capere non possunt. solius lipparea aspectus
ad se ducunt sicut dicitur in lapidario.

De margarita.

Margarita omniū
gemmarum candidarum est preci-
pua. ut dicit Isidorus. que in mar-
garite nomine est vocata. quia in conculis ma-
ris hoc genus lapidis inuenitur. nascitur in car-
ne coclee sicut in piscium cerebro lapilli aliquā-
to inueniuntur. gignit ex celesti rore qd certo te-
pore anni coclee hauriunt. Ex quibus marga-
ritis quedam vniiones nuncupantur. habentes
aptum nomen eo qd in unus et numeris duo vel
plures simul reperiuntur. Hunt meliores autē
margarite conditae qd que flavescent. Illas au-
tem aut inuentus aut matutini roris concepto
candidas has senectus vel vespertinus aer red-
dit obscuras. hucusqz Isidorus libro. xvij. In-
ueniuntur autem quedam perforate naturali-
ter. et ille est alijs meliores qdā pforat arte ut d.
plat. Hunt at eligēde qd albe et clare speculares
et rotunde. Habent autē virtutē pfortativā vel

Liber

.XVI.

a tota specie ut dicunt quidā. vñ q̄ specialitate qđā al pgnē mēbra a supfluis humoribꝫ eo q̄ 2stringendo 2 coartando confortant. Valent contra cardiacā 2 sincopim cordis 2 cōtra debilitatez q̄ pueit ex fluxu medicine. uolēt etiā p̄ fluxū sanguinis 2 fluxū ventris. vt dicit Plat. Di autē in lapidario q̄ cū margarite generet ex rore quāto rorantis plus fuerit aeris baustū tanto maiore gignit roratio geminā. nā vñ seminucem crescē nulla putat. H̄ēt ibidē q̄ si illo tpe quo ex baustū roris incipit gemma generari si supuenerit choroſcatio vñ tonitus ex subita formidine clauditur concha. 2 sic patet abortiuū. Ab india autē 2 antiq̄ britānia nobiliores margarite transmittūt. vt dī ibidem.

De magnete.

Ca.lxiiij.

Magnes lapis ē in dicus ferruginei coloris. In india apud trogoditas inuenit. ferrū trahit. adeo em̄ vt dicit Isido. trahit ferrū vt catheñā faciat annulorū. inde enī vulgus ferrū viuū appellat. Liquidū etiā vitru creditur trahē sicut terrā. Cui⁹ tanta vis est vt di. Aug⁹. q̄ si quis eundem magnetē tenuerit sub vase aureo vel eneo. ferrūq̄ desup posuerit ex motu lapidis subtus ferrū desup mouebit 2 sequit ibidē. Un factū ē in quodā templo simulacrum de ferro qđ in aere pendē videt. Est emalia species magnetis in ethiopia que ferrum respuit 2 a se fugat. Idem etiā magnes aliquā uno ḡūlō ferrū trahit 2 in alio a se repellit. Om̄is autē tāto ē melior q̄nto cerulioz. hucusq; Isi. fm Dyas. ḡo 2 lapid. recōciliat maritos uxoribus. aug⁹ grām 2 decorē in sermōe. Item cū mūlsa curat yropisim 2 splenē allopiciā 2 arsurā puluis e⁹ aspersus p̄ quatuor angulos domus sup carbones existentibꝫ in domo videbit̄ subito dom⁹ ruere ex vertigine cerebri 2 p̄ motione. Magnes etiā sicut et adamas capite caste mulieris suppositus cogit eā subito amplecti virū suū. Si si adukera fūeit subito a lecto se mouebit tiore fantasie. Hoc lapide maxime vtunē magi bīa Plat. lapis magnes calidus ē 2 siccus i tercio gradu. ḡtutē h̄ē attrahēdi ferrā mōtes em̄ sūt ex hmōi lapidibꝫ vndā naues ferro p̄ pactas attrahūt 2 dissoluūt. vñ p̄cipue valz vulneratis puluis e⁹ p̄fectus cū aplico appositus vulneri. Ferz ei attrahit. puluis et̄ magnetis in q̄ntitate duoz dragmatū cū succo feniculi valet p̄ yropisim 2 splenē 2 allopiciā. vt di. Aucenn.

De melonite.

Ca.lxiiij.

Melonites ē lapis dictuseo q̄ dulcē 2 melleū emittit suū. vt dicit Isi. 7 ē bicolor sc̄z vir dis in una parte 2 melle similis in alia.

De menophite.

Ca.lxv.

Menophitis est la pis a loco egypti sic dictus. geminatis est nature. vt dicit Isi. Hic minus ac super loca que vienda sunt vel secunda positus vel cū acetolinitus ita facit obstupeſcē corpus q̄ non sensiat cruciatuz.

De mirite.

Ca.lxvij.

Mirites est gēma sic dicta eo q̄ mirite in colore silis ē qui p̄pressus spirat odorē sic nar- dous.

De medo.

Ca.lxvij.

Medus ē gemma vel lapis preciosus in medoz regio ne repertus. qui q̄ngē viridis colo nis q̄n q̄s nigrū. vt dicit Dyas. virtus b⁹ est p̄ cecitatem ocloz. sanat podogrā si cū lacte mulieris masculū parturientis p̄pet. Similimodo valet p̄tra dolorem renū 2 freneticā passionem si ḡo lapis niger resoluat super cutē 2 in aq̄ ca lida. 2 alicui detur illa aq̄ ad bibendū interficit vomitu 2 stomachi subversione. si ḡo frōs ind lauet mirabiliter excoriat 2 leuit visū 2 auferit omnino. vt dī in lapidario.

De merochite.

Ca.lxvij.

Merochites gemma est viridis smaragdō similis spissi oris tñ 2 grossioris ē viroris q̄s smaragdus. vnde 2 a colore malue nomen accepit. vt dicit Isido. 2 nascitur in arabia. Est autē stantie valde mollis 2 tñ valde vtilis. q̄s sicut dicit Dyas. virtute sua custodit a nocivis casibus.

De marmore.

Ca.lxix.

Marmor greco s̄ monē a viriditate vocatur. vt dicit Isido. Sunt autē marmora vt di. Idem lapides eximi qui maculis 2 coloribꝫ cō mendantur. nāz marmorū genera infinita s̄. non tamen omnia a rupibꝫ inciduntur sed m̄ta sub terra sparsa sunt vt marmor lacedemo nū viride 2 preciosū. similiter 2 marmor opbi-

tes. quia maculis serpentum simile est. unde et vocabulum sumpsit. cuius duo sunt genera molle ac candidum nigrum durum. Marmor purpurites ex egypto est rubeum candidis interne nientibus punctis. et vocatur purpurites eo quod rubeat ut purpura. Sunt et alia multa genera ut alabastrum et parvum. de quo infra dicetur. Est et aliud genus scilicet coraliticum in asia reportum non habens ultra duos cubitos in mensura. et candidum fere sicut ebur. tamen habens quasdam maculas quadam proportione et diverso nigras. Est et thebaicum tintuz an reis guttis et inuenitur in parte egyptiorum. naturaliter aptum ut super illud colliria conterantur. Sunt et alia genera que in officinis rupibus et gignuntur ut marmor chorinteum gutte aromaticae similium. ex quo columne ingentes sunt limina atque tress. Est et caristium viride et optimum. nomen habens ab aspectu. eo quod secundum sit his qui gemmas sculptunt. huius enim viriditas reficit oculos. Est et numidicum quod numidia mittit. quod fricatum sucum similem croco reddit unde et nomen accepit. Sunt et alie multe marmororum diversitates de quibus exemplificat Isidorus libro xvij. sed hec ad presens sufficiant. Marmor itaque alijs lapidibus est solidius fortius et pulchrius et utilius. in cuius venis diversarum gemmarum materia inuenitur propter soliditatem sui difficultime sculptur et politur propter sui frigiditatem et soliditatem ad species et vnguentum aromaticam custodienda utilissimum inuenitur. Super omnia autem admirari possumus quod marmorei lapides nec calibe nec ferro nec etiam serra vel malleo per potentiam aliquam edomantur sed per amaranthum plumbeam asseribus mollissimis intersertam. plumbo enim et non ferro lapides marmorei dividuntur et separantur tanquam aseres et equant.

De nitro.

Nitrum sive dyas. Ca. lxx.
Est lapis subalbidus scissilis et perspicuus. cuius virtus est dissolutua attractiva abstinentia et honoris superficii consumpta. De nitro autem dicit Isidorus libro xvij. ca. iij. nitrum a regione nitria egypti est dictum. ex quo medicina fiunt. et sordes corporum ac vestium abluntur. huius natura non multum a sale distat. habet enim naturam salis et similiter oritur. canescitibus siccitate littoribus. cuius spuma afronitum nuncupatur. Et colligitur distillans in partibus asie in speluncis deinde solis calore desiccatur. et optimum fit quod

sic siccatum est minime ponderosum. ut di. Si dorus. sive Plat. autem nitrum est vena terre. et est calidum et siccum lene rubeum vel album vel citrinum. gustu est amarum acidum et subsalsum. pinguediem extenuat si ore sit acceptum humores viscosos minuit et consumit puluis eius in melle confectus faciem clarificat et decorat. mundificat saniem stomachi et intestinorum ex apostemate procedentem. pediculos et saniem capitis detergit vermes aurum interficit et eorum saniem mundissime exterget cum acetato spuma eius ex corrosionibus et inflationibus subuenit ydropicis opilatis cum melle mixtam caliginem detergit oculorum. venenum mortificat et excludit. paralismus lingue potenter prohibet sive Plat. et Dyasc. est autem nitrum calidum et siccum in fine tertij gradus laxatinum collatum ut dicit Constant.

De noset.

Ca. lxxij.
Diset id est orapo
Dione. lapis est pretiosus subalbidus aut varius qui ut dicitur in bufonis capite est a quo extrahitur et in forti vino et aqua mundificatur ut dicit Dyasc. et in eo aliquando apparet forma bufonis cum asperis pedibus et diffusis. hic lapis valet contra morbus reptilium et venenum. Nam presente veneno varius lapis tangentis digitum adurit et sunt simul ambo includendi. ut dicit dyasc.

De onichino.

Ca. lxxij.
Onichinus lapis
est indicus et arabicus permixtum in se habet colorum ad similitudinem humani vnguis ut dicit Isi. greci enim vngue onicem dicunt. Indicus autem onix ignis colorum habet. albis cingentibus venis sive zonis. Onix vero arabicus nigri coloris cum candidis zonis. Genera eius sunt quinque sive sardonix quod ex duorum societate nomen sortitur scilicet ex catore onicis et rubore sardi ut patet infra de sardonice. hec gemma scilicet onix plures dicitur habere effectus noxios. nam ut dicit Dyasc. collo suspensus vel digito portatus excitat tristiciam et timores. multiplicat lites. mouet animos ad rixas. in pueris excitat salivam superfluam et nocuam. non potest nocere in presentie sardi. specularem habet naturam et politas et ideo ad modum speculi representat imagines et figuram sed obscure Dyasc.

De optallio.

Cap. lxxij.

Liber

.XVI.

Optallus sive opal
lapis est. si est lapis diversarum gemmarum coloribus distinctus. Est enim in eo carbunculi genus ignis. ametistus fulges purpureus. smaragdi nitens viriditas. et singuli colores sed quodam varietate sunt lucetes. nomine huius a patria. Hunc lapide India sola parit ut dicitur. Si tot enim creditur habere virtutes quod huius colores. De optallio dicitur in lapida. quod optallus lapis oculos se portantia seruat illos et acutos. sed aliorum oculos circumstantium obducta nube recedit. unde quodam amictia percutit ut non videatur vel aduertatur que sunt coram eis. Et ideo asserit furet tuus etiam patronus. ut dicitur in lapidario.

De orbe.

La. lxxiiij.

Ortes gemmae
nigra et rotunda. Alia est viridis maculas habens. Tercia est cuius altera pars est aspera. altera vero plana. et eius substantia est quasi ferrilamina. Hic lapis gestat custodit a mortis reptiliu et feraru et aialiu et aliorum Appensus etiam mulieri prohibet impregnari eam et si pregnans est facit citius abortiri.

De petra.

La. lxxv.

Datura grecorum no men est. et sonat idem quod solida sine firma ut dicitur. Si. Exptibz eniz terre solidis et compactis substantia petre sive lapidis generatur. Uel petra a penetrando est dicta. penetrat enim pedem quod fortius premitur et calcatur. Ab aquaz etiaz stillicidijz et guttis penetratur. Idem autem est petra et lapis. sed lapis quasi ledens pede dicitur. quia sua duricie et acumie pede lredit. ut dicitur. Si. Lapis tamen visualiter planus mollis et sparsus. Sarta vero adheret et a monte exceditur. Gilex vero durus lapis ab eo dictus quod peruersus exiliat ignis ut dicitur. Si. quod quis enim petra ex se sit frigidissima ferro tamen perculsa ex se mittit ignem. nam ex forti et violenta aeris collisione inter superficiem ferri et lapidis aer illis subito ignitus et scintillando de silice egreditur. sicut arcti in iiii. meth. ex sola terra lapis non fit. vincens in ea siccitas non permittit eam coagulari. Finit autem lapides vel per gelationem vel per agglutinationem. Ex mixtione enim aquae et terre fit lutus quod inter lapidem et terram est medius. quod paulatim per partium coadunationem et restrictionem fit lapis. unde tali transmutationi aptius est lutus vinctuosus. quod non est tale non est mutationem sicut potius minutiuum ex domino siccitatis. Terra ergo per forte aggluti-

nationem et mixtione humoris pertinet in naturam lapidis qui ex diversitate tre divisorum colorum recipit qualitatem. Aliquoniam etiam per multum lapides ex aqua gelatione. Inveniunt enim quedam loca super que aqua infusa pertinet in lapides diversorum colorum. et hoc fit ex quadam vi minerali in locis illis exinde gelante aquas que sunt principia lapidi ut dicitur Aristoteles. Finit autem lapides vel ex luto vinctuosos virtute solis occulte illud coagulatis. et per partium coherentiam in substantiam lapidis constringentis. vel finit lapides ex aqua gelata quadam virtute minerali lapidi efficiuntur quidam rare substantiae et debilis positionis et quidam fortioris. et quidam generant tardius. quidam celerius. quidam fortius sicut fortiorum qualitatibus actuarum potentiam et debilitatem resistentiam passuarunt. sicut enim mixtione istay qualitatibus in substantia lapidis diversificant lapides in natura et in virtute virtus enim celestis influens ad loca mineralia in eis suas imprimat actiones et sicut inuenit materiali aptiorem et sue actioni obedientiores in eis impressionem relinquit nobiliores. Et ideo quidam lapides preciosi natura et unum planeta rum in suis effectibus imitantur. ut patet in topasio qui motu lune sentire perhibetur ut dicitur. Ambro. Basil. Si. Hyas. et ali ut post patebit. Note ergo proprietates lapidis sive petre sunt iste. quod lapidis universaliter est frigidus et sicca pactus durus grauis et ponderosus. suo pondere centrum petens. terram perimens et eius partes ne dilatent adiuvicem vniens et coagulans. unde dicitur Ambro. quod lapides sunt ossa terre. quod enim faciunt ossa in corpore. hoc faciunt lapides in diversis partibus ipsius terre. ipsam per solidam et ne partes eius nimia siccitate ab iuvicem defluant ipsum perimunt et adiuvant. lapides per aquaz super fusionem a sua duricie non remolluntur. ex stillecidijz tamen guttatum descendit excauantur. ut dicit Gregorius. Lapides etiam si candentes fuerint in vino extinti. vinum corruptuntur et in acetum conuertuntur. ut dicitur. Si. In lapidibus etiam generaliter requiritur materie puritas virtus et preciositas coloris et figure diversitas. et multiplex utilitas. Nam utiles sunt in edificiis contraheditis in plateis sternendis per porticos faciendis. per hostibus expugnandis. per lupis et canibus effugandis. per metallis ex eorum substantia extrahendis. per metallis exornandis. per infirmitatibus varijs planandis. per turribus regi ampliandis. per castris et civitatibus muniendis. per feris et bestiis defendendis. Lapides itaque primo de minera extrahuntur. extracti quadrantur et poliuntur. politi in

edificio ordinate collocantur. ordinate maiores sub minoribus cōponuntur. mediante cemento adiuvicem coaptantur. obducuntur cemento et extrinsecus explanantur.

De pario.

La.lxxv.

Parius lapis ē ge
nus marmoris eximij & preciosi. ut
dicit Isido. Hic apud paron insu-
lam innenitur unde & parius nuncupatur. ma-
gnitudo eius lances & crateras non excedit. et
est aptus ac utilis pro conseruādis speciebus
& vnguentis. Isi. glosa autem super heft. i. dīc.
q̄ parium est genus marmoris candidissimi. &
ideo signat castitatem ſc.

De prassio.

La.lxxvi.

Raffius lapis
ad modum porri viridis. viſum con-
fortat debilez. aliquando innenitur
cum guttis sanguineis. quandoq; guttis candi-
dis distinctus. de quo dicitur in lapida. Utile
nil affert niſi quod viret & deceat aurum.

De prite.

La.lxxvii.

Prites vt d. Si.
est lapis fulvis aeris simulans qua-
litatem cui plurimus ignis inest. de-
facili enim scintillas emittit qui tenentis manū
si vehementius prematur adurit. ppter qd ab
igne nomine accepit. de quo dī in lapida. Langi
vult leuiter blandaq; manuq; teneri. Nam pſ
sus nimium digitos tangentis adurit.

De pionite.

La.lxxviii.

Pionites lapis
qui dicitur esse feminei sexus. nā cer-
to tempore concipit & parit consimi-
lē lapidē & confert pregnantibus. vt dīc dyasc.

De pantero

La.lxxix.

Panteron lapis ē
multorum colorum sparisorū & pa-
riter distinctorum. nam niger & rubens viridis
pallēsq; videat purpureus roseusq; simul
prasinusq; coloris. Hic facit hominem audacem et
innictum illo die. quando videtur mane orien-
te sole vt dicitur in lapidario.

De plumbō.

La.lxxx.

Plumbum vt di

cit Isidorus de metallis. libro xv.
est dictum eo q̄ ex pilis de plumbō
factis manus altitudo primus est temptata.
Huius vt dicit duo sunt genera candidum. s.
atq; nigrum. candidum autem melius est. & p-
mo in insulis atlantici maris antiquitus est iūē-
tum. in multis locis hodie innenitur enī in gal-
lia & lusitania quedā terra niḡ barenosa & etiaq;
calculoſa. que quidem abluitur & ex materia q̄
subsidet per decoctionem in fornacibus plumi-
bis substantie equatur. In aurifodinis etiam cū
materia auri quidam lapilli nigri reperiuntur.
& dum aurum colligitur cum auro manent. sed
postea iūdez calculi ab auro separati per se cō-
flantur & in plumbum totaliter resoluuntur. et
inde tanta est granitas auri & plumbi. vt dicit
Isidorus. Nigrum & plumbum duplex est.
aut enim ex sua vena prodit aut cū argento
nascitur. mixtisq; venis conflatur. & in illa con-
flatione primo procedit stannum deinde argē-
tum tertio quod remanet per conflationem ef-
ficitur plumbum nigrum. vt dicit Isidorus. In
india & necq; es neq; plumbum innenitur. sed
gemanis & margaritis hec india recompensat
Isidorus. Plumbum nigrum aut in operibus
laboriosis vt in laminis & in fistulis utilis fo-
re tam hispani & britāni sunt experti. hucus
q̄ Isidorus fm Aristo. enim libro metr. iiiij. ex
sulphure grosso nimis depurato ac feculento &
argento viuo componitur plumbi substantia.
in locis mineralibus generatur. unde ex immū-
dicia sulphuris non puri quandam contrahit
humiditatem. ex cuius contactu manus tangē-
tis coquinatur. hec immundicia ad horam
per abstersionem aliquantulum a plumbō re-
moueri potest. sed ex eo auferrī nequaq; pos-
sunt aut hoies immundicia plumbi absterge. verū
tū sp̄ erit plumbū. et si videat argētū. habebūt
in eo qualitates alienae vt errēt in eo hoies. s̄t q̄ ac
cipiūt salē armoniacū ſc. vt dīc. Aris. & h̄ im-
mūdicia affligt cām dices. Matēia plumbi nigri siue
argētū viuuū ē malū pōderosum luteū. sulphur
etiaq; eius malū mali vaporis & fetidi. vñ n̄ bene
gelat à li. v. alchimie hermes dī. si suspenderis
plumbū sup acetū pōdenat ip̄m. nā acetū penetra-
bit eius substātiā & in puluerē pūtit. ac in colo-
rē albū ceruse ipsū trāsmutat. sed si sup ip̄z ace-
tum fuderis albescit & deſtruit vim acetī. plumbū
adustū colorē vermiliū obscurū generat
sed si fortior fuerit ignis conuertit in citrinū &
post calcinando & desiccando ipsum cuz acetō

in album colorem ceruse transmutat. Igne vero fortiori adhibito totum percutit in materia prima plumbum quibus miscet pates omogenias congregat. et etherogeneas sepat et mundificat. et ponitur cum argento in fornace ut argentum faciliter mundificetur. quod pates argenteas a plumbum perseruat et ipso plumbo plumbum ac abusto argentum purgat. Idem dicit Hiero. in glo. sup. vii. ca. Jere. ibi plumbum est plumbum sic. Itz di. hermes quod plumbum in sua ebullitione omnium solidorum corporum duriciam soluit etiam adamatis. Itz dicit Arist. in li. meth. plumbum inquit liquatum perculdibio est argenteum vivum. sed non liquatur nisi calefiat et tunc apparent rubra omnia liquefacta. Mirum at est quod plumbum cum liquidi vel subnigri sit coloris tamen per extusionem sive acetum resudationem pulchrum colorē generare praeceperit ut minium stibium et bismuthum. Est autem plumbum ad usum medicinae est enim frigidum et humidum in secundo gradu ut dicit Constantinus. propter vestigia ignis et apostemata calida valet in modo. fluxus sanguinis vulnerum bene constringit reuma oculorum abliterat et compescit Ictus scorpionum mitigat et draconum. venerem prohibet si plumbi lamina duobus lumbis apponatur. alias hanc rationes medicinales de quibus quere infra de coloribus. de stibio. quod alio nomine cerusa. flos plumbi nominatur.

De puluere.

Ca. lxxij.

Puluis de eo quod a vento pulset ut dicit Isi. Levitate eius sua a vento tollit et dissipat verticem et trahit puluerem subintrantes ipsum circuagitat et turbinem generat ut dicit Beda. Puluis praeceps naturam rei a qua resoluere ostendit nunc per odorem nunc per calorem nunc etiam per saporem. et pulueris sanitatem aromatico ut eorum intrinseca virtus se ostendat ut per partium præmptionem et unionem aplorem virtutem recipiat. ut odoris sui fragrantiam diffusius circumspicit. et gustum suauem efficiat. et ut vulnera putrida desiccent efficacius et absterget. ut carnem mortuam corrodat et auferat et vulnera cresceret non permittat sicut puluis plumbi exusti purgat vulnera et desiccat superflua carnem vivam generat et seruat ut dicit Constantinus. Et ideo ex pulueribus præficunt empalastra et componunt thymiamata et varia efficiunt antidotum et vnguentum. In puluerem isoluntur thymus et mirra et ex pulueris crematore deo offerunt holocausta. Ex pulueribus etiam sunt salutis electuaria quibus vina corpora sanitati restituuntur. Ex pulueribus insuper sunt inunctiones et malagmata quod

bus mortuorum corpora linjunt et custodiunt integrane in cinereas aut puluerem redigant. pulueris et humoris admixtio lutum gignat et ex superuenienti delicatione in glebae propigitur ut dicuntur. Si ex puluere pes polluit oculum ledit et multiplex reptile ex puluere producit et de puluere pascatur ac nutritur. Serpentem puluis est panis est ut dicit Isa. lxij. Ex puluere oem corpus animatum nascitur et in puluerem a quo incipit reuertitur et finitur. put homini dictum est. Puluis est et in puluere reuertens sic. Ex puluere aer inficit et ne claritate solis oculus videat aliquoties impedit. nam ex puluere aeri humido admixto sepe nebula gignat. ex cuius interpositione latet sol et limpidus non videtur. Ex resolutione etiam pulueris in atomos solis radius per fenestram intromissus nulatenus intuetur.

De quirin.

Cap. lxxij.

Quirin ut dicit Dyas. est lapis qui in vaporarum nidulatur. Hic secretorum proditor est in sonno. capiti em dormientis suppositus facit hoec loqui omnia que somniat dormiendo et auget mirabiliter fantasias. unde et magi diligunt lapidem illum quia per eum maleficia operantur.

De quandros.

Ca. lxxij.

Quandros est lapis colore quidem vilis sed eximie virtutis. ut dicit Dyas. Et invenitur in capite vulturis. valet contra quilibet causas nocivas. et ubera lacte replet.

De rabri.

Ca. lxxv

Rabri qui et alio nomine et primum dicit bolus armenicus qui est lapis sive venaterre. et non natura frigide et licet subrufum color habet et innenatur in armenia. natura habet constringendi vertem et sanguinem undecimque fluat.

De rostein sive reiben.

Ca. lxxxij.

Rostein sive reiben est in Auice. et lapillus qui innenatur in capite cancri. et est aliquando albus aliquando vergens in flaveantem color. Est autem quo ad substantiam mollis parum duri oris quam pupilla oculi pisces. quo ad formam vero est exterius rotundus et planus. interius vero parvus concavus. quo ad virtutem autem est naturaliter frigidus et humidus. Et valet contra mortis scorponum et mustele si contritus more emer-

plastris supponat. Dicit etiam quod valet contra morbus canis rabiosi si puluis eius in potu assumatur. Si cōburat puluis eius mēdificat dentes et desiccat vulnera et confert scabiei et prohibet lachrymas.

De saphiro.

Ca. lxxxvij.

Saphirus est gemma cerulea celo sereno in colore summa lima. optima est inter gemas et summa preciosa et regum digitis magis apta. In multis locis inuenit. sed orientalis sive indica melior; iudicat et maxime quod habet quasi quosdam pulueres aureos int'mixtos. et est hic saphirumensus non placidus ut dicit Isid. Hic lapis maxime commendat in lapidario. ita ut per suu excellentia gemmarum gemma vocat. nam corpus regat et integra membra preseruat. stellam habet relucente per cuius resurgentias eius virtus indicatur. alia est spes saphiri que sirtites dicitur quod iuxta sirtes inter arenas maris libici inuenit. ut dicit dyasc. Inuenit autem aliquod in venis mineralibus ubi lasuri etiam inuenit et in eisdem venis saphiri in medio velut in ventre quedam species carbunculi inuenit. et ideo a multis saphirum mater carbunculi creditur eo quod in eius venis gigni a pluribus phibetur. et ex natura saphiri carbunculus quasi quadam fauilla cerulea ut multi assertunt creditur aliquantulum obumbrari. ut Dyasc. dicit. Saphirus itaque secundum dyasc. habet virtutem reconciliatorem. multorum enim vestrum ut dicit ad pacem reformandam. Ita habet etiam caloris in naturali repressorem. non de saphiro dicitur in lapida. Corporis ardore refrigerat interior. Nam infestis bribus multum caumiaticis et incensibus refri gerium prebet saphirus si iuxta venas cordis pulsables suspendatur. Unde dicit dyasco. quod valet contra piodicas febres et accessiones. Ita virtutem habet fortificatorem. cordis letificatorem. et idem dicit valere contra cardiacas et qualibet passionem melancholicas. non et cardiacas et dyaforeticum fluorum repellit et sudorem sicut scribit in lapida. Sudorem stringit nimio torrente fluentem. Ita dicit dyasco. Ita virtutem habet fluxus sanguinis restrictorem. An et saphirus orientalis si tempore apponatur sollet restringere sanguinem de naribus fluentem. Item virtutem habet singulariter tumoris et inflature sedativam. Certum est quod apostematum reprimit inflatum si in principio collectonis nocivae citius apponatur. Item valere contra antracem. nam virtutem habet malicie et venenositatis antracis expulsivam. eius enim furiositatem reprimit et expellit ne eius malicia spiritus inficiat. ipsius fumum ad cor

ascendere non permittit. ut dicit dyasc. Ita vim habet veneno contrarium et ipsius penitus extinguitur. unde et si aranea infra pixides posueris et vnu saphirum indicum sive aliud super pixidis orifice aliquantulum diu retinueris aranea ei? virtute victa quasi subito morietur. ut dicit dyasc. et hoc idem vidi sepius et in diversis ac pluribus expiri.

Item habet vim ulcerum curatorem. nam ut dicit dyasc. pulueratus et lacte admixtus uice sanat. et hoc etiam in vulneribus est extenuatum. Etiam autoritatis fuit lapis iste apud veteres quod est apud deum non modicum putauerunt valere. unde et apollini fuit singulariter secretarius. qui gentiles per responsis apollineis sacrificiorum tempore consuluerunt certificari citius putauerunt si saphirum tunc in presentia haberent ut dicunt dyasc. et hoc tangitur in lapidario ubi dicitur. Et plures reliquias amat hanc ydromancia genimas. Ut divina queant per eam responsa mereri. Ita hunc lapidem magi singulariter diligunt. qui secundum eorum opinionem per ipsum virtutem quodam mirabilia operari possunt. et hoc tangit similitudinem in lapidario ubi dicitur. Hic lapis et perhibetur educere carcere vincitos. Oblustrasque fores et vincula tacta resoluunt. hec et multa alia singulariter virtutem saphiri ab auctoribus sunt conscripta. et in hoc generaliter oes presentiunt quod saphirum est gemma amatrix castitatis et ideo non est effectus per immundiciam portantis aliquod modo impeditur oportet ut ille quemadmodum portat castevit. Sed illud sed qui gestat eum castissimus esse inbetur. Ita dicit in lapidario. quod tollit inuidiam et expelli timorem et facit audacem et victorem. firmat in bonis animis. et mutem facit et humilem et benignum quod oia puto esse dicta dispositio potius quam effectus. Sed hec nunc sufficiant.

De smaragdo.

Ca. lxxxvij.

Smaragdus secundum gemmarum omnium virentium ordinem principatum cui veteres post marginatas et uniones tribunt tercia dignitatem. Smaragdus a viriditate est dictus ut dicitur ibi. non oem viride amarum dicitur. nullus autem gemmis siue herbis maiorum inest viriditas quam smaragdo. Nam herbas virentes et frondes superat insufficientem circa se viriditate nimia aerem repelluntur. Smaragdus oculi nulla gratiosior refectio est. Unius corpus si extenuatur fuerit et extersum sine

Liber

XVI.

politum ad modum speculi imagines reddit. quippe cesar nero gladiatorum pugnas in sua ragaō aspicere consuevit. ut dicit Isidorus. Be- nera eius sunt. xij. sed nobiliores sunt scitici qui scilicet in gente scitica inueniuntur. scdm locuz tenent bacniani. Colliguntur in cōmissuris sa- xorum flante aquilone. tunc em̄ tellure disco- perta intermicant. quia barene mouentur ma- xime in his ventis. terciū egypti habent reliq̄ i metallis erarij inueniunt sed viciōsi. nam aut ere aut plumbo aut sali similes notas habent. Smaragdi vero qn̄ vino vel oleo sunt permixti proficiunt in virore qn̄vis viriditatis gratia na- turaliter imbuantur. Est etiam quedam specie smaragdina que degenerat qn̄vis sit viridis eo q̄ sit turbida ex enī venis et est calces marag- dus nuncupata. hucusq; Isid.li.xvij.ca.de viri- dibus gemmis. Hic lapis a grifibus excipit et eripit. Et ne possint smaragdi incopia inueniri griforum immanitate hominuz accessus impe- ditur. ut dicit Isidorus.li.xvij.ca.ij. Habet itaq; virore suimultiplicatiu; ex se em̄ generat ra- diū q̄ virore tingit aere circūfusum. Hic et cor- pus Ipeculare et perspicuum obiectarū figura- rum et imaginum ostensiu; Habet tertio ex na- ture dono virtutis beneficium diversarū infirmitatum curativum. Nam hī dyasc. et lapi- da. hic auget opes. et in causis dat persuasoria verba. Collo vero suspensus curat morbi cadu- cum. visum conseruat debilem et confortat. la- sciuos motus compescit. reddit memoriam. valz etiam contra illusiones et fantasmatā demonuz tempestates sedat. sanguine ficit. et dicit his va- lere qui solet diuinare de futuris utq; i lapida.

De sardio.

Cap.lxxix.

S^rardiū ē gemma rubei coloris ad modū terre rubee sic dicta eo q̄ in sardis p̄mitus ē re- perta. ut dicit Isidorus. et glo. sup. apo. Hec gēma qn̄vis sit preiosa et pulchra a multis tñ reputat no- uissima int̄ gēmas. q̄ ut dicunt p̄ter fulgorē nil ferat utilitatis excepto q̄ onix h̄ p̄nte neq̄t no- cē. nā onichinus q̄ q̄sdam dicit noxiās habē- pprietates non p̄t eas in p̄ntia sardiū p̄ducere ad effectum. dicit tñ dyas. q̄ p̄ter illā xtutem habet sardiū longe plures. Hūt em̄ species ei⁹ quinq; int̄ q̄s ille ē vtilior q̄ trāmittit a sardis et vñ q̄ accedit gaudium et repellit timorē. au- daces reddit et acuit mentem et ipso p̄nte nō no- cet onix. Dicit etiā q̄ sardius totaliter sanguinei colous gestantem se ab incātationib; et ma- leficis tueat.

De sardonice.

La.xc.

S^rardonix ex duo-

rum lapidum societate. sardio scili- cet et onice nomen sumpsit. ut dicit Isidorus. Constat autem ex tribus coloribus. nam niger est in imo candidus in medio ruber quā- si minium in supremo. hec sola in signando te- cere substantia nil euellit. Inuenitur autē apud arabes et apud indos. Genera eius quinq; sūt qui colores habet plus distinctos et est densior hic laudabilior. luxurias repellere dicitur et hu- miliem efficit ac pudicum.

De sole.

La.xci.

S^rolis gēma can-

dida est et translucens. et est sic dicit a eo q̄ ad similitudinem solis in orbe fulgentis radios gerat. ut dicit Isidorus capi- tulo de candidis gemmis.

De silenite.

La.xciij.

S^rilenites ē lapis

persicus ut herba virens. cuius co- lor laſpidi similis est. ut dicitur in la- pidoario. transluget autem candida quedā ma- culā quasi fulgore continens lune imaginē. Il- la autem candida macula in corpore silentis crescente luna crescit. et decrescente minuitur et decrescit ut dicit Isidorus et Dyasco. potens est autem in amore reconciliandum languen- tes. et ptisicos iunare putatur.

De stanno.

La.xcij.

S^rtannuz ut dicit

Isidorus est metallum a greca ety- mologia sic dictum. separans scili- cet et discernens. mixta enim et adulterata inter se metalla per ignem dissociat. ab auro et argen- to es et plumbum dividit ac secernit. alia etiam metalla ab igne defendit. Et cu sit natura eris et ferri durissima si absq; stanno fuerit virutur et crematur. Stannum autem illimum vasis eneis compescit virus eruginis. et saporem facit gra- tiosorem. Specula autem ex eo temperantur. cerusa etiam conficitur ex stanno quemadmo- dum et ex plumbō. hucusq; Isidorus libro de- cimo sexto capitulo de metallis. Scdm Aristo- tilē li. met̄. stannum p̄ponit ex argēto viuo et bono sulphure malo. et h̄ duo nō s̄t bñ mixta

sed tanq̄d p̄ qua p̄posita 7 ide o colore imita-
tur argenti. sed non eius soliditatē. In libro ac
alchimie hermes dicit stannū omnia metalla 7
corpora frangit quibus admisceret. 7 hoc p̄t ni-
miā siccitatem eius. 7 ductilē naturam in eis
destruit. Sed si misceris cum eo argentuz vi-
uuiz. stridorez eius infert 7 albescit. sed postmo-
dum demigrat ipsam 7 p̄demmat. In eodem et
dicit q̄ stannum adustū generat colores min-
ium vel vermilii sicut plumbuz. 7 si ignis fuerit
nimis fortis stanni materia prima redit. Item
cum stannū sit argento mollius 7 plumbo du-
rius non potest plumbo nec eri nec ferro defaci-
li consolidari sine stanno. nec etiam ista pariter
consolidantur sine pinguedie aliqua sine sepo.

De sulphure.

La.xciij.

Sulphur ē Vena
terre aeritatis multū habens in sua
compositōe 7 igneitatis. 7 ideo vōt
sulphur bñ. quasi solū v̄res. vt em̄ ignis dī
nam eius v̄tus ignea ab aq̄s fernētib⁹ lentitur
nā aq̄ruz cursus p̄ venas sulphureas trāsitum
faciens ex vi ignea ipius sulphuris cādore vel
calore p̄trahit. sapore efficaciā 7 odore. hinc fo-
tes calidi de terre viscerib⁹ sepe scaturiunt 7 q̄-
litates vene sulphuree secū ferūt. nulla enī res
ita cito accendi sicut sulphur. In insulā nascit
colijs inter siciliā 7 italiā q̄s ardere dicūt. i alijs
locis etiā effossum inuenit. vt di. Isi. H̄o qua-
tuor s̄t genera. Unū viuū qđ fodīt translucet
atq̄z viret. quo solo int̄ oīa genera medici vtū-
tur. vt dicit Isi. alterū qđ appellant glebam qđ
tūm familiare v̄sibus est fullonū. terciū liquor ē
cuius v̄sus est ad lanas v̄til suffundendas qm̄
prestat molliciem 7 cādorez. qrtū valet ad lici-
nia lucernarū p̄ficienda. vt di. Isid. Et subdit
ibidem. Sulphuris tāta ē vis vt morbos co-
miciales deprehendat virore suo. c̄flama si di-
recte ad vultū hoīs rep̄cutiat durū 7 horribilē
pallore in oculū aspicientū geneat silitudinē de-
functor̄. vt di. Isi.li.xvj.ca.j. bñ. Anicen. Ho 7
Plat. sulphur cādiciū ē 7 siccū in qrtō ḡdu. 7 ē
terra p̄tib⁹ aqueis 7 terrestrib⁹ in igneas trāse-
untib⁹ in naturā sulphuris trāsmutata. 7 illud
sulphur aliquā est grossum fœculētū 7 rude. ali-
quā ē purū albū clay 7 subtile. aliquā inter h̄ est
mediocre. 7 bñ istā dīaz ex sulphure 7 argen-
to vino diūla metalla generat. vtz i li. metho.
iij. vbi oñdit q̄ sulphur 7 argentū viuū s̄t ma-
teria metalloz. Sulphur aī aliud ē viuū sc̄z q̄
le est qñ de terra ē eductū. Aliud ē mortuū vel
extinctū. sc̄z qđ solet fieri artificiose. s. qđ i cala-

mis fundit vel in alia vasa. Eligēdū aut̄ ē pro
medicina viuum colore 7 resplendens plucidū
7 sine lapide album vel viride. quod missum in
igne colore facit viridē atq̄z p̄iguez. Virtu-
tem h̄ dissoluēdi p̄sumendi attrahēdi subtili-
andi attenuandi reformādi. Et iō tuissim p̄bi-
bet. epilenticos inuat. scabiez purgat. venenis
obuiat letargicos excitat artheticos podagri-
cos paraliticos inuat. si modo debito medicia-
liter iōnius remedio quis utat vt di. Anicen. et
Dyasc. 7 Plat. 7 alijs autores.

De sale.

La.xcv.

Sal a saliendo dī
eo q̄ de igne exiliat. fugit em̄ ignem.
cū sit igneum vt dicit Isi. Alij sal a
sole vela salo vocatū putat. nā ex aq̄s marinis
sponte gignit spuma. i extremis litorib⁹ dereli-
cta 7 a sole dīscata. Aliqñ ex puteis salis han-
ritur 7 aqua decoquit donec in salis duriciem
aqua prius fluida per calorem ipsam inspissan-
te pueratur. aliquando de contractis barenis
colligit crescente luna per noctem. nam in cire-
nea sal sub barenis sepius inuenit. Alicubi etiā
rupes 7 montes salis inueniunt ex quibus fer-
ro incidunt lapides qui post in salis materiam
constringuntur 7 p̄minunt. sicut est in arabia
7 in pannonia. tante duricie etiam sunt illi lapi-
des vt ex eis fiant domus. Omne ho sal i igne
crepitat 7 de igne salit. sed sal agri gētinum sici-
lie igne patit 7 cōtra naturā salis vulgaris in
igne fluit 7 de aqua exilit. Variat at sali coloē
quia memphiticū ē rufum. 7 quadā parte sici-
lie vbi est mons ethne sal ē purpureū. In eadē
sicilia in pathmo adeo est splēdidū 7 lucidū
vt imagines reddē videatur. In capadocia sal
croceū effodit. vt di. Isi. Item variat i sapore
vt dicit idem. qz alieni suave alicubi salissimum
est. alicubi amarissimum. 7 qnto est amarius tan-
to est calidius sive calidius indicat. vt d. Anic.
Sal autem summe ē necessariū. qz sine sale oīs
fere cibus ē insipidus 7 insulsus. pulmentis em̄
sapore dat 7 excitat in oīb⁹ cibarijs appetitum.
ex eo omnis victus delectatio 7 summa hyla-
ritas fit. Hinc 7 solis nomen accepisse creditur
quia sole nihil est utilius atq̄z sale. Unde vide-
mus pecudes 7 amenta q̄ sale ad pastum ma-
xime puocant 7 sal bñficio i lacte 7 in caseo pl̄
abundant. Sal etiā corpora strigit 7 desiccat 7
etiā defuncta corpora a putrescēdi labe ligat 7 cō-
seruat. hucusq̄z Isi.li.xvj.ca.iij.bñ. Plat. at et
Anic. sal generali habet v̄tutē dissoluēdi mū-
dificādi putridos humores 7 consumendi. Je-

virtutē habet ventositatem extenuandi et diuidendi maxime si puluerisatū et coctū calidū super stomachi orificium cancelletur. Item vim habet hūditatis naturalis in corpore coadunandi et p̄seruandi et innaturalis resoluendi et abstergendi et ideo aqua salinaria tumores et inflationes etiam ydriopicas soluit ut dicit idem. Item virtutem habet carnes putridas corrodendi et maxime quando est exustū quia tunc maxime resistit putrefactioni. et maiorem habet vim in desiccando et in mundando et ad interiora penetrando dicit idem. Item potē ciā habet ventrem remolliendi et supflua educendi et maxime salgēma quod sic dicitur quia clarum est sicut gemma. in ordinando em̄ intesta mirabiliter coopatur ut resoluantur inducata. et supflua expellant. et hoc idem facit tā ammoniacū quā commune. Item virtutem habet sal venenosis humoribus resistendi et ideo cū melle et vīis passis sal piunctum sanat carbunculum seu antracem ut dicit Auct. Item virutem habet remouendi maculas faciei si cum aqua et camphora distpetur et inde facies linatur. Item vim habet pruriginem et serpigenem de corpore abstergendi et remouendi potissimum si cum sapone misceatur. Item virtutē habet sanādi venenosos morsus et puncturas reptilium et scorpionum si cum melle et nucib⁹ et alijs quibusdam p̄ponat ut dicit Auct. has et multas alias habet virtutes quas enumerare longum esset. sed exempli gratia hec sufficiant.

De topazio.

La. xcvi.

Topazius vel topazion indeclinabile gemma est ut ait Isi.li.xvij. Est enim ex virēti genere omnīs colore resplendens. Inuenta primo in arabie insula in qua trogocite fame et tēpestate fessi. cum herbarum radices effoderēt gemmam istam cruerūt quam tectam nebulis postea naute quesierunt. et inuenientes topazim troguitarum ydiomate vocauerunt. Inde lapis sic quesitus et inuentus. est topazius ab insula vocatus. Topazim em̄ idem qđ querere in ipsorum lingua sonat. Est autem gemmarum maxima et amplissima. Scripsit ei Pli. banc gemmam tante magnitudinis repartam ut ex ea philadelph faceret statuam quatuor cibitorum. In glosa ḥo super finem apo. dicitur sic. topazius quo est rarius eo est preciosior et habet duos colores ex auro et etherea claritate lucēs maxime quando tangitur radio solet omnium aliarum gemmarum superans cla-

ritatem in aspectum suum prouocans respiciētes quam si polis obscuras siue nature reliq̄s clarior est et nihil eo clariss in thezauris regnū siue preciosius inuenitur propter sui perspicuitatem. gemmarum sibi obiectarum in se recipit claritatem. Dicitur etiam qđ sentit motū et cursum lune. et contra lunaticam valere passionem unde dicitur maiorem vel minorē habere effectum sī qđ luna maius vel minus recipit incrementum ut dicitur in lapidario. Fluxum sanguinis restringit. et emorroidas patientibus sanguenit. feruentes vandas compescit et bulire eas non permittit ut dicitur in lapidario sī dyas. iram sedat et tristiciam. et valet contē noxios motus et contra frenesim ac contra mortem subita neam. formam habet specularem. ydolum enī in eo receptum inuersum in speculo cōcago representat.

De turgote.

La. xcviij.

Vrgotis siue turko is ēla pis flauus in albido colore vergens dictus a regione turchorum in qua nascitur. conseruat visum et confortat et hylaritatem generat.

De terra sigillata.

La. xcviij.

Erra sigillata dicitur specialiter quedam vena terre frigida singulariter et sicca. que dicitur sī Plat. terra saracenica siue argentea qđ quidem est subalbida aromatica atq̄ clara. potissima virtus ei⁹ eō constringere. nam puluis e⁹ cum albumine ovi distemperatus fluxum sanguinis de naribus sistit. valet etiam contra inflationem pedū et contra artericam si super locum patientem cathaplasmetur. ut dicitur in Plat.

De tartaro.

La. xcix.

Tartarum ē vini feculentia in modum crete vel molis lapidis circa partes solei indurata cuius natura calida est et sicca in quarto gradu. Valet contra scabiem serpigenem et impetiginem. contra capititis immundicias. virtutem enim habet extenuandi consumendi mundandi et larandi. ut patet in plat.

De vitro.

La.c.

Quartum ut dicit
Avicen. est inf lapides sicut stultus
int hoies. declinat em ad oēstictu-
rā. Est at dictū vitru vt d. I si. eo q p vīnī ēns
lucet ppter spicuitatē ſubſtātie ſue trāſpa-
rentiā. vitru luci puiū ē. i alijs metallis ſ tē ve-
nis qdqd intrinſec⁹. ſtineſ abſcōdit. i vitro q̄
cuuſlibz liqris ſpēs q̄ ē interius tal exteri⁹ de-
clarat q̄i clauſis oculū intuētū notificat. vt d.
I si. Fuit at pmo vitru inuētū iuxta tholomai-
dam in littore iuxta vellum fluum qui oris te-
radice montis carmeli dū naute ibidē applica-
rēt. nā dū naute ſup barenā eiusdē amnis ignē
de glebis nitri facer ent. ex nitro ſ barenis luci-
dis pniuſtis noui liqris riuuli effluxerūt q̄ vitro
vt d. I si. originē pñuerit. Nō hō fit vitru ex
cineribz arboz ſ herbaꝝ p fortissimā ignis cō-
flagrationē qbz cineribz n̄c nitru n̄c es n̄c vitru
qz admisces ſ sic in massā vitreā pmutat. Mal-
la at vitrea cū fuerit i fornace liqfacta ſ pſcē
Opurata ſūmā p̄trabit ſbſtātie puritatē et tñſ-
parētiā ſue pſplicuitatē. iō h̄z potētiā cuuſli-
bet coloris ſuceptibilē. qlibz cōloze tiget ita
vt iacinctos ſinaragdos ſ alios lapides precio-
ſos in colore ſ splendore imiteſ. tātā et ſcipit i
ſubſtātie ductibilitatē vt facilime ad flatū arti-
ſificis i vanias ſ ſtigas ac figuas q̄li ſubito
eranſormet. aliquā torno terit. aliquā argētimō
ſculpit ſ celat. vt d. I si. neqz ei alia ſpeciū apti-
or ē matia. neqz picturū accōmodatiōr inueit.
marī tñ honoz ē i cādido vitro q̄ i colore pxi-
mē cristallo. vñ ad potādū argēti ſ aurū metal-
la repelle pñuenit. vt d. I si. Et ibidē dī idē q̄
i genē vitri lapis obſean⁹ numerat. Est at vi-
res interdū ſ niger. aliquā ſ trāſlucid⁹ crassiore
viſu ſ vocat ſpeclar. Ex h̄z lapide mlti gēmas
faciūt. vt d. I si. H at h̄z. pñuū oē vitrū cū ſit liq-
factū q̄dū ē vald liqdu ſūme ē ductile. ifrigu-
datū hō ſ iduratū ſūme ē fragile ſ facile frāgi-
ble ſ cū ſuēt fractū ſ poterit niſi iterata liqfa-
ctione r̄pari. Quidā tñ fecerat vitrū flexible et
malleo r̄pabile. vt r̄fert I si. vñ ſ phialā corā ty-
berio cesare d̄ ſi vitro factā i trā. picit quā ſ
ruptā ſ plicatā cū malleo r̄panit vñ emēdanit.
quē iuſſit cesar decollari ne dū hoc ognitū ſiēt
aux. p luto h̄z ſ ſ oē metalloꝝ p̄ciūvile ſ ddēt
q̄r ruera ſi vasa vitrea ſ fragēnt meliora q̄ ſ au-
rea putarent. vt d. I si. Eſt ḡ vitrū ſpēalr puz
ſ pſpicuū luci puiū. unagiu ſ ſ umbrari ſ pñta-
tiuū. ductile q̄ ē liqdu ſ fragile q̄ ē frigidū ſ in-
duratū. oīm colorū ſuceptiuū colore potus q̄ ſ
valore gēmarꝝ nobiliū imitatiuū ſ ūmūdiciarꝝ

abſterſū. vt d. I si. pulnis cō mūdificat tē-
tes. ſ in oclis delet albugines. queit cō valde la-
pidi veſice ſ renū qñ bibit cū vino. vt d. idem
Avicen.

De ydachite.

La.cj.

Thachites eſt la-
pis preciosus ſ colore fulu⁹. figura
rotundus intra ſe habēs aliuꝝ lapi-
dem cuuſ crepitū ſonorū ē q̄uis tynnū illū
non interiore ſapientes dicant vt d. Dyasc. hic la-
pis exudat aquā ita vt videt ſtra ſe fontanā
ſcaturiginē contine. Unde quidam dicunt hūc
cēlapidē qui dī enidros quere ſuþ in codem.

De ierachite.

La.cj.

Terachites eſt la-
pis qui geſtar⁹ ab homine nō mor-
detur a muſcis nec apibus infestat⁹.
vt dicit Dyascōides. ſ creditur valere contra
venenum.

De zimiech.

La.cij.

Zimiech eſt idez
quod lapis lazuri. ſ est lapis vñ ve-
na terre. Inde fit lazurium. vt dici-
tur in lapidario. Eſt autem lapis iſte tanto me-
lior quanto colozi celesti eſt ſimiſor. ſ habet q̄-
dam corpuscula quaſi aurea interſerta. ille au-
tem qui eſt ſubalbidus plus habet terrefreita-
tis. ſ ideo non ita p̄ciosus. diutissime p̄ ſua-
ri ſine corruptione. Galet contra multas paſſi-
ones ſ contra ſincopim ex ſumis melancolicis.
ſi debito modo detur patienti. Nunqz autem
debet dari niſi prius ſubtiliſſime conteratur et
multotiens abluit. ſ ſignum eſt perfecte ablui-
tionis quando aqua in qua abluit parum aut
nihil colorat. miro autem modo purgat ſ ſol-
uit quartanam. nec debet dari cum decoctione
quia deſcenderet vſqz ad ſundum ſed ante vñ
poſt detur. ſ hoc cum ſero vt habetur i Plat.
ſ ſicut ex laminis ferreis fit ceruſa ſic fit lazurium
ex argentiſ cum aceto. lapis autem lazuri ſepe
inuenit in mineris argentiſ ſ aurifodiñis ſ i
ſuis veis ſepe ſaphiri ſ iacicti ſ ſiles lapides
blanei inuenit. vt d. dyasc.

De zingutte.

La.ciiij.

Zinguttas lapis
e vitrei colori q̄ geſtar⁹ i collo vñ ſ
victipolā. ſ ſanguinem ſtrigit ſ mentem
aliēatōe ſ ſpellit ſi tenet ad lignū accēſu extin-
guit flaſa ei⁹. vt d. dyasc. Explicit liber.xvj.